



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

López, Luys

Lvgdvni, 1588

De ministris vsurariorum, curatoribus, negotiorum gestoribus, debiti
vsurarij petitoribus, pignorum seruatoribus, amanuensibus, id est
scriptoribus, & de notarijs publicis, & mediatoribus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-41259

tunc tota retorquetur culpa. Quod si ambo restituere renuant, ambo in eodem damnationis statu versantur. At quando dicimus (inquit Nauarrus) vxorem absque consensu & licentia mariti sui, dorem vsurariam, vel vsuras restituere non posse intelligitur quando ex tali restitutione scandalum sequitur & non quando absque huiusmodi scandalo id faceret.

272.

¶ De ministris vsurariorum, curatoribus, negotiorum & scribarum, debitorum vsurarij petitoribus, pignorum seruatoribus, amanuensis, id est scriptoribus, & de notarijs publicis, & medijs interuenientibus.

C A P. LXXXII.

Porro de ministris vsurariorum prolixius hic nobis dicendum erat, nisi supra in materia restitutionis de participanti in damno abunde dixissemus. Quare nihil superest, nisi quod gratia seruandi ordinis ea hic quantum iam dicta breuiter perstringamus. Et primum quod dicimus est, quod institor, negotiorum gestor tutor, aut executor

habens potestatem ad negociandum, & dandum libere non vsuris, & recuperandum eas, etiam si nomine suorum principalium recuperauit eas, vel dedit ad vsuras; tenetur restituere principalibus non restituentibus.

¶ Secundo dicimus de recuperante, & petente solentiam vsurarum ex parte heri vsurarij quod dum vsus admodum habuit ex officio, sed semel, aut bis missus est simpliciter ab herede ad petendam solutionem vsurarum, qui non instauit petendo, nec minatus est, nec eas vi, aut executione iustitiæ exegit: sed tantum petitionem simplicem proposuit ex parte domini, non tenetur restituere ratio superioris dicta, quia non fuit tam efficax causa, cum solentiam semel aut bis petitionem ex parte domini proposuerit tantum neque perrexit esse molestus in petendo.

¶ Tertio dicimus de executore mero, qui solentiam petentiam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit est dubium inter Caietanum & Nauarrum & fratrem Iosephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Syluestri, & Sotum & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, & Sotus inter Iosephum obligat eum ad restitutionem. At Syluestrius & Socius

¶ Quarto dicimus de executoribus, qui solentiam petentiam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit est dubium inter Caietanum & Nauarrum & fratrem Iosephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Syluestri, & Sotum & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, & Sotus inter Iosephum obligat eum ad restitutionem. At Syluestrius & Socius

¶ Quinto dicimus de executoribus, qui solentiam petentiam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit est dubium inter Caietanum & Nauarrum & fratrem Iosephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Syluestri, & Sotum & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, & Sotus inter Iosephum obligat eum ad restitutionem. At Syluestrius & Socius

¶ Sexto dicimus de executoribus, qui solentiam petentiam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit est dubium inter Caietanum & Nauarrum & fratrem Iosephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Syluestri, & Sotum & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, & Sotus inter Iosephum obligat eum ad restitutionem. At Syluestrius & Socius

¶ Septimo dicimus de executoribus, qui solentiam petentiam dedit, & pignora, aut solutionem vsurarum accepit est dubium inter Caietanum & Nauarrum & fratrem Iosephum ex vna parte, & ex alia parte negatiua Syluestri, & Sotum & alios. Nam Caietanus, Nauarrus, & Sotus inter Iosephum obligat eum ad restitutionem. At Syluestrius & Socius

Sotus eum ab hac obligatione absoluunt. Atque ideo
 de lectorem in ancipiti relinquamus, eandem hic repe-
 ritores sententiam, quam cum Soto, & Syluestro tenuimus,
 dicimus quod ministri tantum materialiter concurrentes,
 qui pecunias portant, & seruant vsurarias, imo qui eas
 numerant tantum, qui nomine domini vsurarij contra-
 ctus non contraxere, non tenentur restituere, ita Sylue-
 ster, Sotus, Frater Ioannes à Peña in scriptis, quæ nomine
 eius circumferuntur, sed limitat Syluester non teneri hos
 ad restitutionem, nisi ad eos aliquid de rebus vsurarijs
 peruenerit. Patet, quia secundum Sotum isti non sunt pro-
 prie cause efficaces, aut morales accipiendi vsuras, neque
 aliquid actiuitatis influunt ad exactionem vsurarum, sed
 solum materialiter se habent in istis actibus respectu exa-
 ctionis vsurariæ.

Qo. ii

¶ At de famulis vsurariorum amanuensibus, qui in
 commentarios, & libros memoriales, rationes dati, & ac-
 cepti ab vsurario referunt, debitaque vsuraria scriptis ma-
 nent, perplexior emergit dubitatio an teneantur restituere,
 re isti. Nam Sotus & hos quoque à restitutione liberat.
 Frater autem Ioannes de la Peña loco citato hoc sub du-
 bio relinquit dicens, nescio an liberentur.

¶ Sed dico si sententia mea quicquam valet licet in hoc
 puncto loco supra allegato transierim cum sententia So-
 ti, sed nunc re exactius inspecta, magis inclinor in senten-
 tiam contrariam Caietani, & Fratris Iosephi in casu isto,
 de istis scriptoribus ratiocinia hæc vsuraria comendan-
 tibus scripto, in commentarijs, & libris vsurariorum, præ-
 fertim quando alia chirographa super his debitis vsurarijs
 palliata sub alijs contractibus, non sunt confecta aucto-
 ritate publica tabellionis, aut cautiones palliata super
 his non sunt data ab vsuras soluturis, quia tunc re verã
 cum hæc scripta confecta per hos amanuenses scribebantur
 hæc vsuraria debita in libris vsurariorum eis deferuntur
 ad memoriam, memoria autem præfertim aliquantulum au-
 thentica, qualem subministrant libri ratiociniorum, ali-
 qualiter tanquam moralis causa concurrit ad exigendum
 debitum vsurarium postea ad cogendumque mutuatari-
 um, vt iuramento confiteatur, an ita se obligauit vt con-
 tineretur in libro neque audietur, si sic confessus exceperit

K 3 in foro

in foro exteriori, quod sub illa obligatione fuit vsuraria
 lia nisi hanc exceptionem legitime probauerit.

¶ Quarto dicimus de cooperantibus ad vsuras expe-
 das, quod principes, & rectores cogentes soluere vsuras
 ipsi quoq; per id facti restitutionis earum obligationem
 induunt, sunt etenim damni causa efficacissima. Item
 de procuratore, & aduocato qui iuuat in hoc vsurarium,
 aut obuiant earum restitutionem petenti, neque excusat
 tur, quod scriptura in superficie iustæ viderentur si con-
 scientia dictabat esse factas pro vsuris, iuxta Holtiensem
 in cap. Michael. ita Nauarrus, num. 275.

e arg. cap.
 post misera-
 bile de vsu-
 ris.

¶ Sed & de notario publico. Quarto dicimus quod
 conficiat instrumentum simulatum, licet formaliter ius-
 tum contractum contineat, si verè tamen continet vsu-
 rarium, vt cum res verè pignoretur scribit, quod venditur
 vel pro centum & decem datis, scripsit centum vel è cen-
 trario, ita vt pro contractu iniusto, iustum describat, nec
 tur restituere, nisi principalis restituit, cum efficaciter lo-
 cius inferendi damni fuerit.

Q. 2.

¶ Sed quid si hoc in fauorem & ad preces eius, qui mu-
 tuum accepit fecit, quia indigebat, & vsurarius gratis mu-
 tuare nolebat, neque sub vsura cum scriptura continente
 illam. Respondetur, quod in hoc casu secundum Nauar-
 rum licet mortaliter peccaret, quia iret contra iuramen-
 tum prælitum de fidelitate seruanda in suo officio, & el-
 set excommunicatus, vbi excommunicantur tales contra-
 ctus simulatos facientes, non tamen teneretur restituere,
 sicut neque etiam teneretur restituere ob scripturam ap-
 tam vsuram continentem à se confectam, quia tunc pet-
 eam, neque damnum intulit, neque eius causa sufficiens
 fuit, quia ratione eius non cogetur mutuatarius soluere
 vsuras nisi eam faciat in locis, vbi ex statuto, vel iniqua
 consuetudine accipientes mutuum sub vsuris ad eas solu-
 uendas compelluntur, quia tunc restituere tenetur. In
 Syluester vsur. 7. sed adijcit Nauarrus ibi notariu-
 certum est posse pro labore scripturæ contractuum vsu-
 rariorum mercedem acceptam retinere, nec eam tenentur
 ad restituendum, contra supradicta, quamuis in eo pec-
 cet, quia suam mercedem accipiendo, non peccat contra
 iustitiam, quæ solum imponit necessitatem restituendi.

dem ait Nauarrus dicendum esse de rebus huiusmodi instrumentorum vsurariorum, quia huiusmodi contractibus absque testibus non valent secundum Syluestrum ubi supra §. 9. tenentur inquam tam notarius, quam testes restituere, si compertum habuerit contractum esse vsurarium.

Qd. 3.

¶ Sed quid si de eo dubitarunt, vel de eo controuertatur inter doctores. ¶ Dicimus ad primum de dubio, quod qui dubitat de contractu, an sit vsurarius necne si antequam dubietate rationabiliter exuerit, deposueritque, testificatur, vel facit instrumentum vsurarium, restituere tenetur, quamuis tunc aliquanto minus peccaret.

f arg. c. 3. ecclesia. &

¶ Sed quomodo dubietatem hanc deponere possunt? Respondet Nauar. numero 277. quod licite eandem deponere possunt per opinionem alicuius doctoris solentis sultam ratione, quia talem opinionem bona conscientia sequi possunt. Sed hoc dictum Nauarri eget moderatione, scilicet, dum nesciunt alios doctores graues communiter tenere contrarium, melioribusque initi rationibus, ac proinde illam communem contrariam illi solentis doctori esse vsu receptam communiter.

cap. dubius de heretic. & cap. si quis autem de penit. Qd. 4.

¶ Tandem sexto statuimus duas regulas generales, quarum prima sit in vniuersum ministri omnes possunt ignorantia excusari, vt si inculpabiliter ignorant contractus illos esse vsurarios, & bona fide exequentur imperia dominorum, non tenentur tunc restituere, quia neque ratione rei acceptae, neque ratione iniustae acceptationis, ita quoque Nauarrus capit. 17. num. 267.

¶ Sed quid licet ignorent tales contractus esse vsurarios, si tamen sciunt suos principales dominos aliquando vsurae dare esse solitos? Respondet Nauarrus ibi, neque etiam in hoc casu teneri famulos restituere.

g arg. cap. quid culpat. 23. q. 1. & cap. 7. de or. stit.

¶ Sed haec responsio Nauarri limitatione indiget, vt secundum Caietanum habeat solum verum in ministro vsurarij; qui nesciens talem ad vsuras aliquando dare solentem bona fide apud illum pro annali tempore locat operas, & suum famularum. Nam tunc in dubio tenentur obedire, sicut & minister iam ascriptus iustitiae.

¶ At minister qui antequam suum locasset famularum, K 4 scuit

sciuit talem dominum ad vsuras dare solitum, quia liber erat, ipseq; scienter se introgressit periculo damna danti. Comperto post quod illi contractus fuerint vsurarij ex ignorantia præterita, qua cōfecit eos nomine domini non excusatur à restitutione, quia quæ semel sciuit malum, semper præsumendus erat à se malus præsertim in negotio vergenti in iniuriam tertij, quare non deberet talem suscepisse herum.

¶ Præterea de illa quæstione de qua etiam dicitur fuisse rogatum Nauarrus inquirendum est, an prædicti ministri casu quo tenentur vsuras restituere, quia casus fuerunt, an executores teneantur restituere ante executionem principalium, id est dominorum suorum, ita iubentur. Circa quam quæstionem Nauarrus h. asseuerat quod sic, quia non censentur accessorij, sed vt principales delinquentes, & ita magis obligari, quam iubentes, quod licet apparens videatur: tamen contra Sorum esse videtur qui libro sexto de iustitia & iure, quæstione prima, articulo quarto, ait quod isti ministri intelliguntur obnoxij ad restitutionem: si vsurarij non restituunt, & isti ministri soluendo sunt. Vnde aut operam tenentur dare, vt vsurarius soluat, quod si non profecerint arbitratu Sorus esse casum conueniendi creditores, & obnoxie deprecandi eos, vt debitum totum, vel partem sibi relaxent. Est enim tunc misericordiarum locus maxime si illi ex aliqua ignorantia peccarunt.

¶ Porro istud respōsum Nauarri in eo quod ait, quod isti ministri executores contractus vsurarij magis sunt obligati ad restitutionem vsurarum, quam domini iubentes, & contra Sorum videtur esse, qui his concedit maiorem misericordiarum locum deprecandi, vt sibi relaxetur pars, aut totum. Est etiam contra rationem, quia principales domini, & ratione iniustæ acceptionis, quia iniuste acceperunt vsuras, & ratione rei acceptæ, quia eas apud se retinent, eas restituere tenentur. Vnde cū isto duplici nomine teneantur eas restituere, magis sunt obligati ad eas restituendas, quam ministri, qui quando nihil inde sibi perceperunt, solum ratione iniustæ acceptionis tenentur.

¶ Item commune est Iuristarum axioma quod mandatum

h. Nauar.
c. 17. num.
267.

anum si sit superioris domini maximè si sit vir potens, & ceterus erga eos, quibus mandare potest, excusantur qui eius mandato aliquod delictum committunt non quidem à tota pœna: sed' vt minus puniantur, ita Iulius Clarus questione sexta de processu in causa criminali, vbi inquit que in delictis prorsus excusent, aut diminuât pœnâ. Si ergo mandat non à tota restitutione faciendâ sequitur cõtra Nauarrum, quòd nò sunt magis obligati, quã sui domini, & ratio Nauarrum in contra soluitur negando quod isti ministri respectu suorum dominorum iubetium dare ad vsuras sint principales causæ, quia non vt causæ per se motæ, sed vt instrumẽtales causæ applicatæ per mãadam dominorũ cõcurrunt ad vsurarios contractus inẽduos, quare non magis sunt obligati, quam sui domini.

Clam quoq; statuitur regula secũda generalis à principio promissa scilicet mediatores contractuum vsurarium, qui se tenent, & mediant ex parte petentis mutuũ sub vsuris, restitutionis nò sunt rei, quia non astant pro vsurario, sed pro mutuatario ab eo vt intercedant rogati. Qui verò se tenente ex parte vsurarium tenentur restituere, aut dare operam, vt vsurarius restituat, aut casu quo renuat restituere, studeant voluntariam remissionem obtinere à creditoribus, quare internuntij vsuræ ex parte vsurarij principaliter vt lucri vtilitatem sibi, & sui comparat, quales sunt communiter proxenetæ, quos Italiani *consales*, Hispani *corredores* vocant. restitutionis vsurarium obligationem subeunt, quãdo rogantur, vt daretur ei vsuram. Si autem simpliciter tantum rogantur, vt daretur mutuũ, secus esset secundum Diuum Antonium.

Si autem isti non principaliter ex parte vsurarij, sed potius principaliter intercesserunt ex parte indigentis rogantes vsurarium paratum ex se ad mutuandum sub vsura, vt illi mutualet, nò peccarunt, ac per consequens à restitutione liberi sunt. Imò si ex parte indigentis inuoluntario eo rogati intercedere, vt postquam nò vult dare vsuras mutuũ, saltem sub vsuris det pro eo rogauerint inducentes mutuatorem, vt sub vsuris det, quidquid sit de peccato, nullam subeunt obligationem restituendi, quia ad preces mutuatarij eius in hoc negotium gessere.

K 5

¶ An

i Anton.

2. part. tit.

1. cap. 9. §.

13.